



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Distinctio quinta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34415**

spe, et charitate aliquid valet. Sola vero fides nihil valet ad meritū, sed bñ ad eternū interitū. Unde dicitur. 2. Pet. 2. Melius erat illis non cognoscere viam iustitie, q̄ post agnitionem retrosum p̄verti ab eo, q̄ illis traditum est sancto mandato. Mandatum aut̄ datur de actibus vel opibus virtutum, in quibus p̄pletur volūtas precipientis vel mandantis. Dicitur etiam ad idem Luce. 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, et non se preparauit, et non fecit sc̄dm voluntatē eius, vapulabit multis. Q̄d autem fides sola sine operib⁹ ceterarum virtutum nihil est, patet Jacob. ca. 2. vbi ait: Fides si nō habeat opera, mortua est in semet ipsa. Sed diceret quis: Tu fidem habes, et ego opa habeo. Ostende mihi fidem sine operibus, et ego ostendam tibi ex opibus fidem meam. Tu credis quoniam est vnus deus. Bene facis. Et demones credunt, et contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis, qm̄ fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster, nonne ex opibus iustificatus est offerens filium suum Isaac sup̄ altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex opibus fides consummata est. Et suppleta est scriptura dicens: Credidit Abraham deo, et reputatū est illi ad iustitiam, et amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum. Similiter et Raab meretrix, nonne ex opibus iustificata est, suscipiens nuntios, et alia via eisiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum, ita et fides sine opibus mortua ē: Hec ibid̄. Omnem hunc textum placuit recitare, vt discant ignorantes qd̄ sanctus Jacobus, discipulus et nepos domini nostri Iesu, de fide et operib⁹ sentiat. Qui vero autorem hunc negat, Christianus nō ē, quia scripta et doctrinas et autoritates christianitatis non recipit.

Distinctio quinta.

Item adhuc de operibus meritorijs dicit Apostolus ad Ro. 2. Deus reddet vnicuiq̄ sc̄dm ope

onis, scdm illud ad Ro. 8. Si filij, & heredes. et sic  
est meritorium vite eterne ex condigno. Sic em̄ va-  
lor meriti attendit scdm virtutē spiritus sancti mo-  
uentis nos in vitam eternam, scdm illud Joha. 4.  
Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. Et  
tantū de autoritatibus mercedem continentibus,  
dicta sufficiant. **Distinctio .IIII.**

**E**t nunc de opibus meritorijs aliqua ex sacro elo-  
quio testimonia adducam⁹. Occurrit inter cetera  
illud Deut. 6. Diliges dominū deum tuum ex toto  
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudīe  
tua. Quibus Matt. 22. addit, ex tota mente tua.  
Marc. 12. & Luc. 10. eadem ponunt, sed loco for-  
titudinis dicit Marc⁹ ex tota virtute, & Lucas ex  
omnib⁹ virib⁹ tuis. Et (vt dicit Iesus legifer vtri⁹  
usq; testamenti) hoc est primū & maximum manda-  
tum. Scdm aut̄ simile ē huic: Diliges primum tu-  
um sicut teipsum. In his duob⁹ mandatis tota lex  
pendet & pphete. Quicquid ergo precipit de fide  
& spe alijsq; virtutib⁹, in sola radice charitatis so-  
lidat. Charitas vero opando implet, dñs Iesu at-  
testante qui ait: Qui habet mandata mea & seruat  
ea, ille est qui me diligit. Joh. 14. Et ibidē: Si di-  
ligitis me, mandata mea seruate. Et iter: Si quis  
diligit me, sermonem meū seruabit. Opā p̄o chari-  
tatis merentur vitam eternam. Quia subdit domi-  
nus: Et pater me⁹ diliget eum, & ad eum veniem⁹,  
& mātionem apud eum faciemus. Item ibidem su-  
pra hoc, Qui diligit me, diliget a p̄e meo, et ego  
diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hec co-  
gnitio & ista dilectio est vita eterna. Quia cui deus  
manifestatus est, & q̄ a deo diligit, vtiq; deū videt,  
& eū diligit, & eo inamissibiliter fruit̄, q̄ est eterna  
beatitudo, q̄uis essentialit̄ p̄sistat in aspectu claro  
ipsius diuinitatis. Unde dicit dominus Iesus Jo-  
hannis. 17. Hec est vita eterna, vt cognoscāt te so-  
lum deū verum, et quem misisti Iesum Christum.  
Hanc voluit diligētibus se dari, vnde ait: Pater,

**E**